limbum alterius tabule contineri posset precise preter eminentiaz vnā quā pro denticulo siue almuri deputaui. Postea pedem circini super centrum medium locaui et cum pede eius mobili circulū eqnoctialem eqlē illi qui in alia tabula circinaui quē per grad⁹ diuisi. Deinde çodiacū sȝ debitā ei⁹ declinationē sicut ars docet figuraui: quē talit̄ paraui ut iux ipm q̄ p ecliptica linea ponit̄ essent alij circuli cōcentrici cū ipo ut gradus cū suis numeris possent signari. Descripsi etiā vnum circulū ad sex gradus eclipticę linee versus centrū tabule positā eqdistantez: et alium extra eclipticā ad totidē: sm artē qua equidistantes oriçonti qui almicantarath dicunt̄ suo mō describunt̄. Interiori autē horū equidistātiū aliū circulū cū ipo concentricū adiunxi versus eclipticā: ut graduū diuisiones ibi possent denotari. Exteriori v̄o eqdistanti: plures adiūxi et largiores pro diuisionib⁹ graduū et ut numer⁹ eoꝝ necnō et signorū nomina congrue possent ibi collocari. Deinde polo çodiaci scdm q̄ requirit̄ in tabula signato: circulū magnū p hunc polū et per ambas sectiōes cōmunes equinoctialis circuli et çodiaci circūduxi, ꝓpter quē perficiendū adiūctiōe alteri⁹ tabule indigebā et per centrū hui⁹ magni circuli lineā rectā equidistantē diametro q̄ p sectiones iam dictas transit in continuum et directū protraxi: et huic protractioni necessarie sunt lignee tabule adiūcte ꝓpt̄ longitudinē hui⁹ linee magnā. P⁹ea diametrū tabule que descendit ab almuri orthogonaliter secādo aliā q̄ p sectiōes dictas vadit: in cōtinuū et directū protraxi: quousq3 hūc magnū circulū p duo eqlia secaret. Deinde vnā harum medietatū vel vtrāq3: quia idez est hui⁹ magni circuli in nonaginta partes equales diuisi. Et extendi filū a polo çodiaci vsq3 in quālibet harū diuisionū et feci signa in illa eqdistante longa que etiā hunc magnū circuluz per equalia secāt: in locis. s. per que transit filū dicto modo extensū. Hoc ē extendendo semp filū a polo çodiaci: ita q̄ predictas diuisiones tangeret necnō et illam longā equidistantē: et tūc ponebā pedē circini imobilē super quodlibet hoꝝ signorum in hac equidistante sic notatoꝝ et extendebam pedem mobilē vsq3 in polū çodiaci: et tali dispositiōe habita p oīa signa notata cuz pede circini mobili totū çodiacū gradatim diuisi necnō et sibi coequidistantes hincinde ad gradus senos. Et hic est modus generalis diuidendi q̄slibet magnos circulos et sibi equidistantes per gradus vel per alias portiones diuisione inquā que fit per circulos: sic enī alter per alterū diuidi potest, quorum vnus per polos alterius vadit. Demonstrationē autem huius ponere non est hic locus. Est et alia diuisio çodiaci et omnium circulorum magnorum in planispirio que fit per lineas rectas: et

hac similit' vsus fui: ponebā enī rectā regulā vel filū sup polū çodiaci ꝛ sup quālibet diuisionū eqnoctialis circuli per singulos gradus diuisi: ꝛ vbi regula vel filium çodiacū tangebat ibi notā feci: ꝛ p hunc modū totam eclipticā lineā partit' fui in grad': eodē modo alij circuli magni p lineas rectas diuidi pñt in suas partes ponendo. s. filū sup polū circuli diuidendi ꝛ extendēdo ipm p partes eqnoctialis circuli quātas habere volum' vsq3 in circulū diuidendū: ꝛ vbi circulū diuidendū pcusserit signabim' ipm: ꝛ sic diuisio cōplebit' vsq3 in finē. Sed ne aliqd qđ circa diuisionē circuloꝝ cadit trāsgrediamur: addā adhuc aliqd modicū circa diuisionē çodiaci: q̄rendi sūt inquā ei' poli ambo sic: numerabimus enī in eqnoxiali circulo ab altera duaꝝ sectionū çodiaci ꝛ eqnoctialis versus partes çodiaci meridionalis sm quātitatē declinatiōis çodiaci vbicq3 nostra numeratio terminabit' signū faciem': postea extendemus filū a sectiōe opposita prime vsq3 ad signū factū ꝛ vbi filū diametrū tabule secuerit: pūctū ponem': q2 ibi ē polus vnus: deinde ab eadē sectōe equinoctialis ꝛ çodiaci a q̄ iā extensū erat filū cōputabim' eandem declinationē quā pri': sed in pte opposita: ꝛ p locū vbi cōputatio terminabit' extendem' filū a sectione a qua primo extensū erat: quousq3 diametrū tabule incontinuū ꝛ directū ptractā secet: ꝛ in loco hui' sectiōis pūctum ponem': q2 ibi ē polus secūd'. Deinde partē diametri int' ambos polos illos interceptā in duo eq̄lia diuidentes pedē circini ponem' in medio: ꝛ extēdem' periferiam vsq3 ad ambos polos ambasq3 sectiōes çodiaci ꝛ eqnoctialis: ꝛ circūgirabim' circinū: ꝛ circulū i hūc modū pficiem': ꝛ necesse qdē est q hic circul' p illa quattuor pūcta transeat si figurationes precedentes competent' sint protracte: ꝛ protrahat' linea lōga per centrū hui' magni circuli eqdistans diametro que p sectiones çodiaci ꝛ equinoctialis communes transit: post hoc vna quarta huius circuli q p vtrūq3 polū çodiaci currit diuidenda est in. 90. partes eq̄les: ꝛ ponēdū est filū sup poluꝫ çodiaci circuli q quartā oppositā terminat: ꝛ extendendo ipm in singulas diuisiones quarte diuise in grad': ꝛ vbicūq3 filum illud diametrū hui' circuli secuerit ponende sunt note: ꝛ per has notas ꝛ p vtrūq3 polum çodiaci duci debet circin' p quē çodiacus est diuidendus: sed ut centra oīuꝫ horū circuloꝝ magnorū per quos çodiacus habet diuidi inueniantur: parciēda est medietas illi' magni circuli q primo diuidebat' i. 90. partes: medietas ei' inquā que ab vno polorum çodiaci vadit vsq3 in aliū ꝛ ad instar eius debent fieri signa in illa equidistante longa: ꝛ illa signa per modū quē supra narrauimus facta sunt centra oīum illorū magnorū circulorum: ꝛ simili modo diuidē

põt quilibet circulus in planisperio preter equinoctialem τ sibi equidistantes τ p hanc artē similit̃ diuisionē çodiaci i mea tabula examinaui



Ostea vero stellas fixas p circulos magnos transeũtes p polos çodiaci τ per grad⁹ çodiaci qui stellis debebant in longitudine: τ per equidistantes ecliptice mõ quo figurantur eqdistantes: scdm latitudines stellarũ: in tabula ista locaui: elegi inquã stellas notabiliores τ quibus in iudicijs idiget magis: τ de vnaq̃q; quadraginta octo imaginũ que poni poterãt ad min⁹ vnã stellã vel aliquãdo plures posui: deinde ex ista tabula oẽs partes superfluas extraxi τ voluellũ pfeci intime pscrutatũ: in quo qdē stella q̃libet que in terra mea põt apparere locari poterat cõpetent̃. çodiacus aũt in hoc voluello erat quasi duplicatus: ita q̧ vn⁹ erat lat⁹ circul⁹ in cui⁹ vni⁹ marginis termino linea ecliptica cũ suis diuisionib⁹ τ numeris erat descripta: τ in alteri⁹ marginis eiusdē lati circuli termino: alius erat circul⁹ cũ suis diuisionibus: ab ecliptica distans ad sex gradus: tãte eni latitudinis erat ille latus circulus qui vn⁹ erat çodiacus: q̧ sex gradus precise ab ecliptica interius continebat: ali⁹ aũt çodiac⁹ p sex gradus silr ab ecliptica exterius distabat τ h̃ çodiac⁹ tante amplitudinis erat q̃d diuisiones graduũ τ numerus eoꝝ p quinarios auct⁹ necnõ τ noĩa signoꝝ cõgrue poterant collocari sicut ante narraui: τ spaciũ inter hos duos çadiacos contentũ euacuaui: p̃ter quasdã pticulas que ambos çodiacos extra situs suos trãsmutari nõ sinebant: τ silr preter quasdã paruas cuspides stellis qbusdã deputatis: τ hic erat modus per quē meũ instrumẽtũ operatus fui: postremo vero voluellũ τ tabulã cũ clauo conuenienti aptaui: τ sic totum astrolabiũ meũ compleui: de dorso aũt astrolabij non curaui q₂ quadrans vnus magnus plus valet ip̃o τ veracior est vsus eius.



T postq̃ de cõpositione astrolabij nostri expediti sum⁹ conueniens mihi videt̃ aliq̃ subiungere de vsu eius τ iuuamẽto: omissis igit̃ multiphariis multimodisq; sup eo capitulis per diuersos tractat⁹ dispersis: illud tantillũ q̃d mihi superaugendũ occurrebat modo quo possũ meliori exprimã τ docebo: preintelligendũ est aũt vnuz cuius discussio nullaten⁹ est negligẽda: τ ẽ q̃d circa horaꝝ acceptões cõtingit nos aliq̃n decipi nõ recolentes de diuersitate dierũ τ horaruz ad quas equant̃ cursus planetaꝝ τ horaꝝ q̃ p instrumẽta accipiũt̃: ad quas qdẽ ascendẽs τ reliq̃ dom⁹ necnõ τ aspect⁹ planetaꝝ eq̃ri precipiũt̃: est eni int̃ eas diuersitas aliq̃n maior aliq̃n minor τ aliq̃n nulla: sicut testat̃ pto

lemeᵒ ⁊ geb ⁊ alij magistri pbationū oēs: albategni tñ nos docet expres sius qualit cauti esse debemᵒ in iuuādo nos cū hac diuersitate: ut appa ret tricentesimoq̃rto capitulo libri sui dicā aūt ⁊ hic sub breuilogo quō pcedere debeamᵒ. Siquidē hora sit cognita q̄ p instrumentuz aliqđ sit deprehēsa: ad q̄ inuenire voluerimᵒ vera loca planetarū: si aūt ē hora temporalis vel in eq̄lis: tunc reducēda est ad eq̄lē sicut alibi dicet: hora inquā talit cognita: nos accipiemᵒ eq̄tionē dierū in tabulis ascēsionuz circuli directi q̄ ponit in directo gradus in quo est sol in illa hora ⁊ hoc cum additione motᵒ octaue spere: ⁊ illaz equationē dierū reductā in tē pus horaꝝ sicut scit: a tempore hore cognite subtrahemᵒ: ⁊ cuz residuo loca plāetaꝝ inuestigabimᵒ: ⁊ he hore sic examinate vocate sūt hore eq̄tionis: hore aūt q̄ per instrumenta accipiūt ꝑut tñ effecte sūt eq̄les: nominate sūt hore regionis ⁊ ad has horas equat ascendēs ⁊ reliq̄ domᵒ Si aūt locᵒ planete notus sit sicuti locus cōiūctionis aliquoꝝ planetarū vel oppositiōis eoꝝ: aut introitus planete cuiuslibet in quēlibet gradum signi cuiuslibet ⁊ horam qua hoc erat vel fuerat velimᵒ inuenire: tūc horis paduentū stelle ad locū ꝑdeuntibus: addere debemus equationē dierū scđm modū antedictū: quēadmoduz prius cum hora nota eēt ⁊ locū stelle inuenire vellemᵒ: eq̄tionē dierū ab horis illis subtraximᵒ: ⁊ sic examinādē sūt hore ut sciamᵒ q̄ sunt hore eq̄tiōis ⁊ q̄ regionis: cām aūt huiᵒ diuersitatis int has horas duplices satis declarāt ptholemeᵒ: geber: albategni: abrahā ⁊ ceteri magistri cōsiderationū: ꝑpter qđ superfluū mihi videbat ipam hic posuisse.

¶ Qualit loca planetaꝝ p astrolabiū nostrū īueniantur scđm estimationē ꝓpinquā veritati: tā in longitudine q̄ in latitudine.



Si vō locū planete cuiuslibet per hoc astrolabiū libuerit inuestigare: cum nobis apparuerit: eiᵒ eleuationē supra oriçontem cū quadrante vel aliquo equalente instrumēto alio accipiemᵒ: deprehendemᵒ etiā cū hoc indirecto cuius partis oriçontis sit eiᵒ eleuatio: ⁊ hoc a q̄busdam appellat: çenith stelle: hoc aūt non solum valet ad istud ꝓpositū imo etiā ad multa alia: maxie cū stella p quā volumᵒ negociari est ꝓpe circulū meridiei: q2 tūc eadem eleuatio diu durat: vnde si sola eleuatione essemᵒ contēti: contingeret nos aliq̄n in acceptiōibᵒ horaꝝ ⁊ g̃dᵒ ascēdētis: ⁊ domoꝝ: ⁊ alioꝝ multū errare: ꝓpt qđ necessariū mihi videt hr̄e aliqđ instrumētū p qđ stelle eleuatio: necnō ⁊ eiᵒ çenith: siue quantū distat a linea meridiei hincinde: siue a circulo altitudinis q p

verū oriens ꝛ occidens transit: simul q̄ant deprehēdi: ꝛ fortassis ꝑ quā-
dam locationē quadrantis vni⁹ magni super marmor aliquod planuꝫ
vel super tabulā ereā magnā modo sibi debito ꝛ conuenienti hec vtra-
q̄ʒ scilicet eleuatio stelle cuiuslibet: ꝛ eius çenith: de facili possent simul
īueniri. ¶ Accepta igit̄ eleuatiōe planete cuiuslibet necnō ꝛ eius distā
stia a linea meridiei. maxime cum ꝓpe meridiei lineam steterit: queren
dum est simile huius vtriusq̄ʒ in almicantarath ꝛ açimut nostre tabu-
le ꝛ ibi ponenda est nota: deinde hora considerationis facta situabo
voluellum modo quo requirit hora considerationis: ꝛ tūc considera-
bo notā ante factā: in directo cuius signi ꝛ gradus ceciderit: quia in il-
lo gradu erit tunc planeta ꝛ hoc cum motu octaue spere: ꝛ eoipso latitu
do planete habebit̄: septentrionalis sit vel meridiana: necnō ꝛ per esti
mationē ꝓportionandi poterit haberi quantitas latitudinis satis pre-
cise dūmō latitudo planete maior sex ḡdib⁹ nō sit: si eni maior eēt diffi
cile esset per nostrū instrumentū eius quantitatē precise inuestigare: pla
cuit aūt mihi latitudinē çodiaci tātū ad sex grad⁹ hincinde extendere:
ꝓpter latitudinis partes citi⁹ ꝛ facili⁹ inueniēdas: nā in paucioꝛib⁹ via
magis: ꝛ iterū qꝛ latitudines triū supioꝝ planetarū de quib⁹ in iudicijs
maior est vis facienda: infra illa continent̄: ꝛ si latitudines inferioꝛuꝫ
alique possent esse maiores: tn̄ quātū hoc valeret ad iudicia etiā per in
strumentū nostrū possēt inueniri ꝛ hoc ē qꝛ ꝑ ip̄m possem⁹ inuenire qs
planetarū sup aliū eleuaret̄.

Directiones etiā ꝛ retrogradationes ꝛ stationes planeta
rū per hoc instrumētū inuestigare possum⁹: facto eni in-
teruallo conuenienti int̄ duas cōsideratōes: notent̄ eoꝝ
loca quēadmodū de loco planete inueniendo iam ante
narraui: ꝛ ꝑ hoc palā apparebit si idē grad⁹ çodiaci dua
bus considerationibus debet̄: quia tūc est planeta statio
narius: an si secunde considerationi respondeat gradus graduꝫ prime
considerationis precedēs: qꝛ tunc retrogradabit̄: ꝛ si sequens direct⁹ ē.

¶ De aspectib⁹ planetaꝝ inueniendis scdm mentē ptholemei ꝛ albu-
maçar ꝛ alioꝝ quā plurium.

Apud artis astrologice pericioꝛes vnanimis ē cōcoꝛdia:
qd planeta in exordio dom⁹ cuiuslibet cōstitut⁹ principi
um dom⁹ tertie succedentis in serie domoꝝ: ꝛ dom⁹ vn-
decime antecedētis initium: aspectu sextili aspicit: pijcit
quoq̄ʒ trini aspect⁹ radios sup initiū dom⁹ quinte sequē
tis ip̄am ꝛ sup initiū domus none ante ip̄am: sūt etiam


pꝛoiectiones radioꝝ quarti aſpectus eiuſdẽ planete ſuꝑ decime dom⁹ pꝛecedentis ⁊ quarte ſubſequẽtis incboamen. Quo circa domib⁹ equa tis ſcõm terre latitudinẽ ꝑut in capitulo ſuo cõtinet: eo ipo ꝓiectiões ra dioꝝ aſpectus cuiuſlibet planete ſcõm modũ pꝛedictũ conſtituti habe bunt. Si aũt ſtella in initio nulli⁹ dom⁹ extiterit ſed intra: ſcias qꝺ ꝓij cit radios aſpectus ſcõm quandã ꝓpoꝛtionẽ ſuꝑ gradũ dom⁹ illius cui aſpectus ille cõpetit ſcõm conſtitutionẽ antedictã: gradum dico q ſe hꝫ in tali ꝓpoꝛtione ad domũ illã totã cuius eſt grad⁹ ſicut gradus ſtelle ſe hꝫ ad domũ ſuam: ſumẽdo videlicet domũ ad grad⁹ aſcẽſionũ relataꝫ ꝑut quelibet partes hoꝛarũ duplicatas cõtinet. Sed ut hui⁹ ꝓpoꝛtiõis adinuentio nobis facilis ſit ⁊ expedita: ꝑ inſtrumentũ noſtrum ad hec ⁊ ad alia excogitatũ opandũ ẽ in hũc modũ. Si ſtella cui⁹ aſpect⁹ q̃rit ⁊ domus ad quã aſpect⁹ ei⁹ dirigit: inter gradũ aſcendentẽ ⁊ angulũ ter re fuerint: ponendũ eſt exoꝛdiũ domus in qua ſtella eſt ſuꝑ lineã angu li terre: ⁊ conſiderandũ eſt vbi tũc ſit grad⁹ aſcendens: poſtea moueat voluellũ: ita ꝙ grad⁹ ſtelle ſuper angulũ terre cadat: ⁊ reſpiciat q̃ perue nerit gradus aſcendẽs: ⁊ notanda eſt diligentiſſime ei⁹ elongatio a loco conſiderationis ꝑmo: ⁊ hoc ꝑ diuiſiones factas in inſtrumento ⁊ ꝑ par tes earundẽ diuiſionũ. Deinde ponendũ eſt initiũ dom⁹ cui aſpect⁹ di rigit ſuꝑ lineã anguli terre: ⁊ iterũ notand⁹ eſt locus aſcendẽtis. Poſtea moueat volluellũ: ita quod tãta ſit diſtãtia grad⁹ aſcẽdentis a loco iam notato: quãta fuit elongatio eiuſdẽ a loco cõſiderationis in ꝑma acce ptione diſtantie: ⁊ grad⁹ q iam lineã anguli terre tetigerit: erit grad⁹ in quẽ cadet aſpectus. ¶ Si vo ambe ſtella .ſ. ⁊ dom⁹ quã aſpicit ipa: inter terre cardinẽ ⁊ gradũ occidentẽ fuerint: ponat pꝛincipiũ domus in q̃ eſt ſtella ſuꝑ lineã anguli terre ut pꝛius: ⁊ ſigneẽ arcus ſuꝑ quẽ cadit nadyr gradus aſcendẽtis: ⁊ ad hanc ſignationẽ multũ valet inequalis termi natio arcuũ trãſuerſaliũ in aliquos arcus hoꝛaꝝ: poſtea moueatur vol uellũ quoaduſq; gradus ſtelle lineã anguli terre tangat: ⁊ notet remo tio nadyr grad⁹ aſcendẽtis ab arcu ſignato: deinde ponat initiũ dom⁹ ad quã dirigunt radij ſuꝑ angulũ terre: ⁊ fiat opatio penit⁹ eiuſdẽ mo di in hac quarta cũ nadyr aſcẽdentis ſicut pꝛius dixi de ipſo aſcenden te: ⁊ ſic inuenieẽ gradus aſpectus per caſũ ei⁹ ſuper angulũ terre. ¶ Si aũt ſtella in pꝛima quarta ſteterit: ⁊ dom⁹ ad quã vadit aſpectus in ſe cũda: collocãdũ eſt exoꝛdiũ dom⁹ ſtelle ſuꝑ angulũ terre: ⁊ ꝑ motũ vol uelli noteẽ numer⁹ diuiſionũ ⁊ partiũ earum ꝑ diſtantiã grad⁹ aſcendẽ tis qualia in pꝛincipio diligentiſſime notari pꝛecepim⁹: nobis ſe offert deinde initiũ dom⁹ cui radij tranſmittuntur ſuꝑ angulũ terre colloceẽ

ꝛ arcu positionis nadyr grad⁹ ascendentis diligenter signato: elonget ipm ab eodem arcu ad similitudinē distantie duoꝝ locorum in prima quarta signatoꝝ: hoc est scdm talem numerū diuisionū: ꝛ partiū earum elongabitur nadyr ab arcu iam signato versus oriens: qualis erat numerus diuisionū ꝛ eaꝝ partiū in distantia duorū locoꝝ in quarta pma signatorū content⁹: ꝛ grad⁹ qui tūc super angulū terre ceciderit: erit gradus aspect⁹ stelle. ¶ Sed si stella in secunda quarta permanserit: ꝛ domus q̄ aspicit: in prima: pmutāda est ecōuerso opatio iā posita. Inueniā enim distantiā primā per nadyr in q̄rta secūda: deinde accipiā ei similē per gradū ascendentē in prima ꝛ sp cadet grad⁹ in quē figunt̄ radij sup lineā anguli terre. ¶ Intelligēdū autē ꝙ inuentis gradib⁹ aspectuū in arcu q sub oriçonte fuerit: p eosdē haberi poterunt grad⁹ aspectuū supra oriçontē: gradus eni trini aspectus ex vna parte gradui sextilis aspectus ex alia parte opponit̄: ꝛ nardyr gradus sextilis aspect⁹ hinc: est ipe gradus trini aspect⁹ illinc: ꝛ grad⁹ quarti aspect⁹ dexteri: opponitur gradui quarti aspectus sinistri. Quia ad instar hui⁹ si gradus stelle cuius aspectus querit̄ sup oriçontē permanserit: negociandū est cū nadyr ei⁹dē grad⁹ loco ipi⁹ g̃d⁹ stelle: ꝛ etiā cū nadyr exordij dom⁹ ad quā dirigunt̄ radij si dom⁹ illa supra terrā pmanserit: proiectiones enim radiorū in oppositis quartis eq̄les sūt. ¶ Ampli⁹ si stella cui⁹ aspect⁹ q̄rimus latitudinē habuerit: dabim⁹ ei locū in nostro instrumēto deinde scdm eandē doctrine viā quā supra tradidi est procedendū.



Opus etiā directionū p idem instrumentū explere possumus satis pmpte. Situabo eni voluellū ad similitudinē celi in hora ad quā volo dirigere: ꝛ considerabo primo vtrū locus significatoris vel grad⁹ quem placet dirigere sub oriçōte fuerit vel supra: qꝛ si sub: accipiā locū illū siue gradū: ꝛ signabo lineā vel arcū in tabula inferiori super quē stat locus ille vel gradus in illa situatione: signabo etiā locū almuri in limbo: postea mouebo voluellū ut decet quousq; locus in quē terminat̄ directio cadat sup eundem arcū signatū vel lineā: ꝛ iteꝝ notabo locū almuri in limbo: ꝛ gradus int̄ duo loca in limbo notata contenti: erunt gradus directionū. Si v̄o locus significatoris siue gradus dirigēdus nec sup arcū nec sup lineā ceciderit: sed in spacio: cōsiderabo habitudinē grad⁹ vel loci significatoris ad arcū proximū vel lineā: ꝛ ad hoc vtiles sunt illi arcus trāsuersales secantes arcus horaꝝ: ꝛ signabo locū almuri in limbo ut prius: deinde ponā gradū in quē terminat̄ directio in sili habitudine ad eundē arcum vel lineā ꝛ iterū signabo locū almu-

ri in limbo: ꝛ grad⁹ int̃ duo loca limbi signata intercepti erunt gradus directionũ. Si aũt locus significatoris siue grad⁹ dirigend⁹ supra ori-çontem fuerit: siliť ꝛ locus termini directionis huic significatori corre-spondẽtis siue supra oriçontẽ fuerit siue sub i quolibet istorũ vtendum est gradib⁹ oppositis: ꝛ tunc operandũ est scdm iam traditã doctrinam Sed si locus significatoris sub oriçonte cõstitut⁹ latitudinẽ habuerit: notãd⁹ est arcus vel linea vel spaciũ qd illi latitudini correspõdet ꝛ vlte-rius procedat̃ ut dixi: ꝛ si locus significatoris supra oriçontem cõstitu-tus latitudinẽ habuerit: accipiendus est gradus oppositus in opposita latitudine: ꝛ negociãdũ ẽ ut prius. ¶ Scientia autẽ ascensionũ signorũ inter celi quartas eadem est cũ scientia directionũ: ꝓpt̃ qd scito vno: scit̃ ꝛ reliquũ sufficiat igit̃ alterũ ꝓ vtroqꝫ accepisse.



On lateat autẽ nos ꝙ in inuestigatiõe eq̃tionis cuspidũ domorũ: aspectuũqꝫ stellaꝝ errãtiũ inq̃sitiõe precisa: necessariũ est semꝑ cũ additione motus octaue spere loca planetarũ oĩuꝫ coeq̃re: ut loco solis ꝑ hãc additionẽ examinato: horas precise possim⁹ habere: ꝛ cuspides domorũ duodecim: ꝛ sic vlteri⁹ aspectuũ grad⁹: post inuentionẽ vero oĩuꝫ subtrahenda est eadẽ equatio octaue spere tã de cuspidibus domorũ quã de locis planetarũ oĩuꝫ qb⁹ addita fuerat quã etiã de gradib⁹ aspectuũ ꝑ premissaꝫ doctrinã inuentis: ꝛ sic remanebũt ꝑ̃dicta oĩa cũ oĩ precisione ꝑfecte examiata: eodẽ mõ faciẽdũ ẽ in directionib⁹: palã est eni intuẽri qd cũ hore ꝛ signoꝝ ascensiones ꝛ alia que ꝑ hec inueniunt̃ sũpta sint respectu çodiaci spere none: ꝛ iudicia respectu çodiaci spere octaue ꝛ hoc opus iã dictũ neglexerim⁹: in errorem turpem incidemus: si tñ iudicia astrologie scdm habitudinẽ locorũ stellarũ ad sperã nonã tradita sint: ꝛ hoc declararet veritas expertorũ: multo magis placet mihi ut loca planetaꝝ cũ aspectib⁹ suis ꝛ domib⁹ duodeci ꝛ alijs ꝑ additionẽ mot⁹ octaue spere verificata remaneãt sine aliq̃ posteriori subtractione eiusdẽ superueniente.

¶ De aspectib⁹ ꝑ modũ aliũ.




I vo cuiqꝫ libeat domos coequare ꝛ aspect⁹ ꝛ alia ꝑ modũ illũ scdm quẽ imaginamur emisperiũ diuidi in ꝑtes eq̃les ꝑ magnos circulos trãseuntes sup ãbas sectiões meridiani circuli ꝛ oriçõtis: circulũ altitudinis q ꝑ oriens ꝛ occidẽs vadit vniformit̃ diuidẽdo: qꝛ forsitan hic mod⁹ aliqb⁹ rõnabilis videret̃: tũc aptet̃ voluellũ sup faciẽ tabule huic imaginationi correspondentẽ: ꝛ disponat̃ ita ꝙ grad⁹ ascen

dens in hora illa ad quã domos ꝛ aspectus equare volumus: cadat su per partem orizontis orientalem ꝛ quia circuli illi magni per sectiones dictas transeuntes distant ad gradus binos: numerabimus a parte ori çontis orientali versus terre angulum quindecim arcus illorum cir culorum magnorũ: qꝛ hi prime domui debent: ꝛ vbi arcus sextusde cimus çodiacũ secuerit: nõ moto voluello extra dispositionẽ positã: ibi erit initiũ secunde domꝰ: sil'i mõ faciendũ est de tertia ꝛ de quarta ꝛ de omnibꝰ alijs: ꝛ hic est modus equandi domos scd̃m hanc viã. ¶ Aspe ctus etiã est facile scd̃m hunc modũ inuenire. Considerandꝰ est gradꝰ çodiaci in quo est planeta cuius aspectus querimꝰ ꝛ notandus est cir culus in inferiori tabula pergens sub hoc gradu: ꝛ si planeta latitudi nem habuerit: fiat scd̃m qꝫ ei debet: ꝛ semꝑ notet circulus transiẽs sub ipo: ꝛ ab hoc notato circulo numerabimꝰ hincinde triginta de illis cir culis: ꝛ vbi tricesimusprimꝰ çodiacũ percusserit: ibi erit aspectus sextilis illius planete: hinc dexter hinc sinister: sil'iter ab eodem notato circulo computabimꝰ quadragintaqnqꝫ de circulis illis: ꝛ vbi quadragesimus sextus çodiacũ tetigerit: ibi quartꝰ aspectus: sil'r faciemꝰ suo modo de aspectu trino: vel accipere poterimus nadyr sextilis aspectus vtriusqꝫ: qꝛ idem erit vtrobiqꝫ: cum enĩ circuli illi oẽs magni sint: de necessitate transibunt semꝑ per gradꝰ çodiaci q sibi inuicẽ opponunt. ¶ Directio quoqꝫ facilis est hac via: notabo enim circulũ super quẽ steterit signifi cator vel locus vnde directio principiũ capit: ꝛ signabo locũ almuri in limbo: deinde vertã voluellũ quousqꝫ terminus directionis suꝑ eundẽ notatũ circulũ ceciderit: ꝛ iteꝝ signabo locũ almuri in limbo: ꝛ tunc cõ putabo gradꝰ limbi inter illa duo signata loca contentos: quia hi sunt gradus directionum.

¶ De aspectibus sm cõmunitatẽ astrologorũ ꝛ specialit' sm albategni.

E St ꝛ modus tertiꝰ in aspectibꝰ accipiẽdis qui a quã plu ribus primꝰ habet tãqꝫ a plerisqꝫ philosophis auctoriça tus: ꝛ est per gradus equales qui sunt çodiaci: vniformi ter acceptꝰ: ꝛ hoc esse verum affirmat albategni in quin quagesimoquarto capitulo libri sui: nisi stella cuiꝰ aspe ctus queritur latitudinẽ habuerit aliqualẽ ab ecliptica linea: vnde si nullam latitudinẽ habuerit: statim aspectuũ gradꝰ appa rebunt: stella enĩ hoc modo in principio arietis constituta aspectu sexti li saspicit principiũ geminoꝝ ꝛ ꝑncipiũ aquarij: ꝛ simili modo de alijs aspectibus ꝛ hoc ꝑ singulos gradꝰ orbis signoꝝ: ut pꝫ in figura seqnti.



Qd̄ si quā latitudinē habuerit stella: parū poterit hoc ipedire etiā si latitudo posset esse. 10. graduū: q2 vix faceret hoc diuersitatē in aspectib⁹ de. 30. minutis vni⁹ gradus: sicut apparere pōt experienti: ꝛ hoc solū cō petit sextili aspectui ꝛ trino: mod⁹ enī imaginandi maneries aspectuum in hac intentione talis est: qd̄ imaginand⁹ est circul⁹ magnus transiens per stellā cuius aspectus querim⁹ secet lineā eclipticā in duo media: hoc pacto ꝙ ab vna illarū sectionū vsq3 ad stellā sint grad⁹. 60. de gradib⁹ illi⁹ magni circuli: ꝛ gradus çodiaci q̄ sūt ab illa eadem sectione vsq3 ad gradū çodiaci in quo ē eadem stella in longitudine quāuis in latitudine sit extra sunt gradus çodiaci qui sextili aspectui debent: ꝛ cum oēs circuli magni in spera secent se per equalia: necessariū est ut a loco stelle eodem vsq3 ad sectionē aliam sint gradus. cxx. de gradibus eiusdē magni circuli: ꝛ a gradu stelle eiusdē in çodiaco vsq3 ad illā secti

d 3

onem secundā gradus çodiaci contēti sūt eius aspect⁹ trinus: hoc mō imaginari possum⁹ sextilem aspectū duplicē siliter ⁊ duplicē trinū: q̄rti vō aspectus imaginatio scdm̄ hanc radicē quātacūq; sit stelle latitudo nullā facere pōt diuersitatē qn semp.90.grad⁹ çodiaci hincinde numerati duplicē quartū aspectū continebūt precise: sectiones eni due çodiaci ⁊ circuli magni transeuntis per stellā distare debēt in aspectu isto ab eadem stella.90.gradib⁹ a gradibus illius circuli magni: ⁊ siliť a gradu stelle in çodiaco per totidē gradus çodiaci idest.90. ambe eni sectiones predicte poli sūt illi⁹ circuli qui vadit p polos çodiaci ⁊ p stellam ⁊ p'çodiacū signando in çodiaco locū stelle in longitudine. Sed ut diuersitatē illā quāuis modica sit valde ⁊ parui impedimenti: que ppť latitudines planetarū accidit: p instrumentū facilime possim⁹ dinoscere: adiungā hic quoddā impertinēs qd̄ tñ i meo instrumēto competenter posset figurari in loco paruo ⁊ lineis paucis siue arcubus: sed q̄ȝ instrumentū hoc op⁹ suplere valens ⁊ ampli⁹ magne quantitatis ⁊ figurationis exq̄site habui: idcirco ab illo supplemēto supsedi in hoc instrumento ⁊ astrolabio vniuersali qd̄ alio noīe saphea vocatum est. ¶ Quotienscūq; igiť p hoc instumentū grad⁹ aspect⁹ sextilis modo iā dicto inuenire libuerit: computandū est in regula que sup hoc instrumētū mouetur vocata in tractatu hui⁹ instrumenti oriçon obliqu⁹: cōputanduȝ est iniquā a medio loco illius regule vbi clauus poniť versus alterā extremitatū ei⁹ sexaginta gradus: ⁊ ibi in acuitate illi⁹ regule faciā notaȝ deinde mouebo hanc regulā ita q̄ nota illa tm̄ distet ab equinoctiali in instrumento illo descripta quāta est latitudo stelle cui⁹ aspectū q̄ro ⁊ hoc cōputatando in arcubus illis qui reuolutiōes vocantur ibi: ad similitudinē latitudinis stelle: ⁊ illi arcus sūt loco circuloȝ paralellorū in illo instrumento: ⁊ tūc trāsferā notā in tabulam: postea considerabo arcū circuli secātis equinoctialē ꝑpe quē vel in quo stat nota illa: ⁊ sunt illi arcus vocati ascensiones in tractatu illi⁹ instrumenti: ⁊ quot fuerint gradus ⁊ partes eorū ab hac nota vsq; ad diametrū q̄ venit a polis equinoctialis linee cōputādo per arcus illos q ascensiones vocanť: tot gradus çodiaci correspondebunt sextili aspectui stelle q̄sito: ⁊ talis aspect⁹ sextilis est sp minor.60.gradib⁹: ⁊ quanto sextilis minor est sexaginta: tanto trinus eiusdē est maior.120.ita q̄ sextilis ⁊ trinus semp in oppositis gradibus cadūt: ⁊ idem de vtroq; sextili: ⁊ de vtroq; trino. De aspectib⁹ igiť hec sint dicta. ¶ De inuentiōe aūt grad⁹ ascēdentis reuolutionū annoȝ tam mundanoȝ quā nataliū p hoc instrumentū necnō ⁊ de alijs multipharijs de quib⁹ per idem instrumentū negociandū fo

ret cum in diuersis tractatib⁹ sufficient̃ sint expressa: nugatoriũ mihi vi sum erat hic replicasse: pro tãto igit̃ apocopata vlteriori prolongatiõe scripture huic opusculo terminũ hic statuã.



Placeat ergo vestre philosophice discretioni frater vuilhelme istud mee puerilis excogitationis tantillũ qđ ne vobis esset fastidio ita succincte ꝑcindere studui sperãs in vestro magno intellectu ⁊ ꝑclaro qđ melius me scire tis intelligẽ quã ego memetipm̃ exprimere valerẽ. Porro sciatis absq͂ dubio ꝙ si me adhuc virũ fore cõtingeret ad his maiora amore vestre beniuolẽtie me promptũ inuenietis. Valeat sp̱ vestra dilectio que deo annuente mei nequaq͂ obliuiscat̃.

¶ Expletũ est hoc opusculũ ab hanrico bate in villa machlinensi: luna cõiuncta ioui in domo septima: ascendente leone. Anno dñi. 1274. q̃nto idus octobris: ad petitionẽ fratris vuilhelmi de morbeca ordinis p̄dicatorũ: dñi pape penitẽtiarij ⁊ capellani.



Volentes qđẽ vera loca planetarũ coequare p̱ instrumẽtum nostrũ ad hoc specialiter ingeniatũ sic ꝓcedem⁹: cũ sit ibi circulus vnus locabilis scđ3 diuersos situs ⁊ dislocabilis: q͂ cõmune gerit officiũ equantis quinq͂ planetarũ: saturni videlicet iouis martis solis ⁊ veneris: Si de sole sit intentio: illam partẽ hui⁹ circuli vbi descripta est aux locabim⁹ scđm illud foramẽ sup̱ qđ descripta est aux solis: ⁊ partez oppositã in opposito foramine: tunc ergo cõsiderato argumento solis ad horam datam ex tabulis toletanis aut consimilibus super octauã speram fundatis extracto: consimilem numerum in hoc circulo equãte ab auge videlicet incipiendo vbi numer⁹ terminabit̃ notã faciem⁹: postea a centro claui infixi in medio instrumẽti filũ extendentes p̱ notam in circulo equãtis signatã: vsq͂ in orbẽ signorũ q͂ est limbus instrumenti directe ꝓtrahem⁹: ⁊ locus quẽ filũ hoc mõ extensũ in limbo secuerit: ẽ ver⁹ loc⁹ solis in octaua spera. Est enĩ instrumẽtũ hoc sup̱ mot⁹ planetarum ad octauã sperã relatos ingeniatũ ⁊ radicatũ: scđm ꝙ açarkel ⁊ alij cõsideratores quãplures tabulas suas fundauerũt: ut patz in tabulis toletanis: nouarienfibus: herfordensibus ⁊ alijs pluribus. Ptholeme⁹ vero: ⁊ geber: albategni: abrahãq͂ iude⁹: ⁊ açophi⁹ ceteri quoq͂ magistri ꝓbationũ ⁊ maxime oriẽtales astronomi mot⁹ planetarũ s̄m nonã sperã cõsiderãtes radices suas sup̱ hoc fundauerunt: ⁊ hoc p3 in

tabulis ptholomei:albategni ⁊ abrahe :in tabulis pisanis wintonien sibus ⁊ alijs:ꝓpter qꝫ ⁊ iudicia sua ad instar hui⁹ protulerũt:ut apparet precipue in principe indiciorũ albumaçar:⁊ hi oẽs motũ octaue spere diuersũ posuerũt a priorib⁹:hi enĩ ipm posuerunt vniformẽ sup polos çodiaci:alij vero circulos paruos imaginatos sup capita arietis ⁊ libre. Et quãq̃ꝫ hoc nostrũ instrumentũ sup octauã sperã fundatũ sit: nihilominus valet ad mot⁹ planetaꝝ hac secũda via coequãdos q̃ est scd̃m nonã sperã. ¶ Si igit̃ placuerit hac secũda via locũ solis inuenire ex tabulis ad hoc constitutis:ut sũt tabule machlinenses:vel pisane:argumentuꝫ solis accipiam⁹ ⁊ negociũ vlteri⁹ per oĩa eo mõ q̃ ꝓdocui: ⁊ locũ solis in orbe signorũ sic inuentũ diligent̃ notabim⁹ ⁊ seruabimus vl' scribemus : deinde augem solis in octaua spera ꝑut in tabulis toletanis aut alijs consimilibus ponitur de auge solis scd̃m nonam speram tempori dato cõgruente inueniem⁹:⁊ residuũ loco solis iã inuento quẽ diligenter seruari preceperã addat̃:⁊ sic habebim⁹ quesitũ: verbi gratia. Aux solis in octaua spera ẽ duo signa. 17.gradus.50. minuta. Aux vo solis in nona spera sit pro tempore dato : duo signa.29.gradus.13. minuta: de hoc igitur numero prioreem subtrahamus:⁊ relinquuntur vndecim gradus vigintitria minuta:quos gradus ⁊ minuta loco solis scd̃m dictum modum inuento ⁊ seruato addamus : ⁊ hoc est quesitum. Est etiã aduertendum qꝛ mouet̃ octaua spera ꝺm posteros magistros ꝓbationũ vniformiter in.70.annis gradu vno.⁊ hũc motũ sequũtur auges planetarũ quare ꝺm exigẽtiã temporis rectificant̃ he auges relate ad sperã nonã:⁊ hoc pro qbuslibet.70.annis in gradu vno:⁊ pro centũ in gradu vno ⁊.25.minutis:⁊ pro.20.annis in.17.minutis:⁊ pro anno vno in.51.secũdis:⁊ ad instar hui⁹ oportet illud additamentum de quo exemplũ iam posui pro suo tpe verificari.

¶ De eq̃tione saturni:iouis:martis ⁊ veneris ꝑ instrumentũ.



Erum aũt locum saturni in octaua spera si per hoc instrumentũ placeat inuestigare sic est negociandũ: circulum illũ trãslocabilem q pro equante seruit locabimus suo modo respectu augis saturni in instrumento descripte sicut precepi fieri in sole:aptabimus etiã epiciclũ saturni sic:rotunditatẽ illã siue rõdellũ qui est in termino lamine deferentis epiciclũ ponem⁹ ita:qꝫ foramẽ in eo factũ sit indirecto foraminis qꝫ ẽ in centro principalis instrumenti:⁊ vertim⁹ hũc rondellũ ita qd̃ cẽtrũ equãtis saturni in ipo rondello signati directe cadat v̓sus augẽ saturni:⁊ tũc rõdell⁹ spõte locabit̃ ꝑ se:qꝛ cauilla q̃ in subteriori parte rondelli infixa ẽ ingrediet̃ foramẽ sibi coaptũ: ⁊ tũc firmetur

rondellus cū clauo principali qui in medio capitis sui centrū portat orbis signoꝝ ꝛ hec oia apparent facilia sola inspectione instrumenti. Ex tabulis igiť tolosanis aut consilib⁹ cētro saturni extracto ab auge eq̄n̄tis incipiendo ꝯsimilē numerū ſm̄ successionē numeri diuisionū in ip̄o equantis circulo cōputem⁹: ꝛ vbi numerus finierit fiat signū: postea a centro eq̄ntis in sculpto in rondello filū extendať vsq̄ in signū factum in equante: ꝛ sub hoc filo sic extenso voluať epiciclus: ita ut aux eius ꝛ oppositum augis epicicli directe cadant sub ipso. Argumentū etiā saturni mediū per tabulas inuentū considerantes: ad similitudinē ei⁹ in epiciclo saturni computabimus ꝛ vbi terminauerit cōputatio: lingulā que sup epiciclū vertiť cōgrue aptem⁹ corpore epicicli imobili ꝛ quieto ꝑmanente: reporteť igiť filū ꝛ extendať a centro claui directe ꝑ signū in lingula ꝛ figuratū vsq̄ in orbē signoꝝ: ꝛ locus orbis signorū quē filū designauerit ē verus locus saturni in octaua spera. ¶ Si vero libuerit opus nostrū ad secundā sectā ꝑmutare: ꝛ locū saturni scd̄m illi⁹ secte radices ꝑ instrumentū nostrū equare: extrahamꝰ centrū saturni ꝛ argumētum ex tabulis machlinēsib⁹ aut pisanis vel cōsimilib⁹ que scd̄m nonā speram currunt: ꝛ negocientur vlteri⁹ scd̄m eundē modū penitus quē statim predocui de saturno: ꝛ postq̄ locus saturni ſm̄ hoc inuent⁹ fuerit in orbe signorū reserueť diligenter: ꝛ tandem fiat eidē talis additio qualē ante posui in exēplo de sole. ¶ Habita aūt doctrina de equatione saturni per instrumentū: sufficienter patet doctrina equatiōis iouis martis ꝛ veneris ꝑ idem instrumentū: est eni modus operis consimilis penitus postq̄ circulū equantē scd̄m situm cuiusuis debitū collocauerimus: ꝛ epiciclū vniuscuiusq̄ aptauerim⁹ modo cōuenienti: hꝫ eni quilibet suū epiciclū ut patet in instrumēto. ¶ Notandū est etiā q̄ ꝓpter paruitatē distantie centri equantis veneris a centro orbis signorū: necesse erat centrū equantis eius cadere super clauū instrumenti nostri: ꝓpť qd̄ cauendū est diligenter q̄ in equando venerē: clauus instrumenti ita disponať quod illud centrū ecētricū directe vertať sub auge veneris oi negligentia ꝑsus amota. Sic igiť patet quō per nostrū mai⁹ instrumentū de equatione q̄nq̄ planetarū est negociandū.

¶ De mercurio.



Ed q̄ speciale habem⁹ instrumentū pro mercurio ꝛ luna ꝓpter difformitatē motus ip̄orū a superiorib⁹: idcirco specialē oportet tradere doctrinā qualiter ad equādū loca sua cōnegociari cum ip̄o debem⁹ instrumento: igiť si mercuriū equare libuerit: illam faciem instrumēti que pro mercurio seruit considerem⁹. Habet eni instrumētū

hec e duas facies quarũ vna seruit pro mercurio ⁊ altera ꝑ luna: accipiemus igitur primo cētrũ mercurij, put ꝑ tabulas scḋm octauã sperã currentes inueniẽ: deinde inspecta facie instrumenti vicaria mercurij: reperiemus limbũ ei⁹ diuisũ admodũ duodecĩ signoꝝ çodiaci: infra limbum aũt imediate in eadem superficie circulũ aliũ cũ suis diuisionib⁹ ⁊ titulo numerali imobilẽ penit⁹ inueniem⁹: ⁊ hic circul⁹ equans est mercurij: ⁊ infra hunc equantẽ est ali⁹ in alia supꝑficie mobilis ⁊ volubilis cũ suis diuisionib⁹ debito numero intitulat⁹: ⁊ hic circul⁹ vocat⁹ est circulus augis mobilis: infra hunc aũt circulũ vertitur rotũda tabula deferẽs epiciclũ mercurij. Equem⁹ ergo mercuriũ sic ꝭm numeꝝ centri mercurij ex tabulis ꝑaccepti ut dictũ ẽ: cõputabim⁹.n.ĩ circulo augis mobilis ab auge eius incipiẽtes scḋm successionẽ numeri ibidẽ intitulati: ⁊ vbi numerus terminatur notam faciem⁹: deinde vertatur circulus ita qḋ hec nota sub auge equantis imobili directe cadat: ⁊ tũc firmetur hic circulus cũ cera vel alia re ne possit vacillare: postea cõputem⁹ scḋm idẽ centrũ mercurij in circulo equãtis incipiendo ab auge ei⁹ imobili scḋm successionẽ suarũ diuisionũ ⁊ numeroꝝ ⁊ vbi comput⁹ iste terminatur fiat nota: dehinc extendatur filũ ab hac nota vsq; in centrũ equãtis iuxta principale centrũ instrumẽti apparẽs: ⁊ vertatur tabula deferẽs epiciclũ quovsq; centrũ epicicli ⁊ aux ei⁹ sitr ⁊ oppositum augis directe sub hoc filo cadant: postea vero numerabim⁹ in epiciclo in exteriori scilicet circulo descripto in ipso portionẽ mercurij: siue argumentũ extractũ ex tabulis sibi appropriatis: ⁊ signabim⁹ vbi terminatur: ⁊ postremo extendem⁹ filũ a centro principali qḋ est in medio instrumẽti: ⁊ ꝑ signũ notatũ in exteriori circulo epicicli vsq; ad limbũ instrumẽti: ⁊ locus fili in limbo: est verus locus mercnrij in octaua spera. ¶ Qḋ si voluerim⁹ seq; sectã aliã que ẽ ad sperã nonã: tũc negociabimur sicut docui in saturno.

¶ De luna.

SI vo lunã equare placuerit faciẽ hui⁹ instrumenti ꝑ luna factã cõsiderem⁹: ibiq; apparet precisa figuratio motuũ lune scḋm ꝙ per magistros ꝓbationũ inuenti sũt ⁊ imaginati: mediũ igitur locũ solis ex tabulis extractum: in limbo signem⁹: p⁹ea accepta elõgatõe lune a sole ꝭm mediũ cursũ ex tabulis ad hoc factis: cõputãdũ est in circulo illo q̃ imediate sub limbo voluitur ⁊ est circulus augis lune: computanda sũt inquã tot signa gradus ⁊ minuta incipiendo scilicet ab auge ꝭm successionẽ numeri in ipso descripti: quotta est elongatio lune a sole: ⁊ ponendus est grad⁹ signat⁹ in quẽ terminatur cõputatio illa: sub signo me-

dij mot⁹ solis: ⁊ tūc firmabo hūc circluū ne vacillet: deīde cōputabo in eodē circulo augis a termino numeri primi iterū tātū quanta est elongatio lune a sē: ⁊ hoc est duplū elongationis lune a sole: computādum est in circulo augis ab auge eius: ⁊ tūc extendā filū a centro limbi qd̄ ē centrū orbis signorū vsq̄ȝ in locū vbi cōputatio terminat̄ in circulo augis: postea voluā tabulā deferentē epiciclū quousq̄ȝ centrū eiusdē epicicli cadat sub hoc filo: tūc remaneat hec tabula imobilis: sed trāsferam⁹ filū ad centrū oppositū centro deferentis lune: ⁊ ab hoc centro extendamus filū directe per centrū epicicli ⁊ vltra: ⁊ sub hoc filo locem⁹ augē ⁊ oppositū augis: ⁊ maneāt oēs tabule instrumēti quiete: hoc aūt centrū a quo extendit̄ filū est illud foramē paruulū qd̄ voluit̄ circa rondellum in medio instrumenti locatū: centrū vero deferentis qd̄ eodem mō voluit̄ scienter obturaui: ut centrū ei oppositū distincti⁹ appareret: post hec quidē extracto argumento lune ex tabulis: ẜm ei⁹ quantitatē computabo signa ⁊ grad⁹ in epiciclo instrumenti: ⁊ locabo lingulā que sup̱ epiciclū voluit̄: ad sil̄itudinē argumenti lune: postremo v̄o extendā filum a centro principali quod est in medio instrumenti: ⁊ p̱ mediū crucis in lingula epicicli figurate vsq̄ȝ in limbū instrumēti ⁊ loc⁹ fili in limbo est verus loc⁹ lune. Est etiā hic intelligēdū quod ẜm quācūq̄ȝ viaȝ siue ẜm octauā sperā siue scd̄m nonā lunā equare voluerim⁹: ⁊ p̱ quascūq̄ȝ tabulas centrū lune ⁊ argumentū accipiam⁹: semp̱ tamen est vn⁹ modus operandi in instrumento nostro.

¶ Finit felicit̄ opusculū abrahe iudei de natiuitatibus cum exēplarib⁹ figuris singulis domibus antepositis: Et magistralis cōpositio astrolabij hanrici bate. Impressū venetijs arte ⁊ impensis Erhardi ratdolt de augusta. Anno salutifere incarnatiōis dn̄ice. M.cccc.lxxxv. nona kalendas Januarij.